







Par
423

SENTENTIAE ET PROVERBIA
EX OMNIBVS PLAVTI ET
TERENTII COMOEDIIS.

L E C T O R I

Ut promptius lingua dicitur ex Plauto de offi-
mista in istis Plauti comediis reperire illos
quos post adde ipsorum Comediarum nomina
numeroso tenent, aliter verbum, tanto magis
namque hinc
is autem
co
di
ter
est e hoc
V



Noli altum fa-
pere, sed time.

PARISIIS.
EX OFFICINA ROB. STEPHANI.
M. D. XXX.

LECTORI

Vt promptius singula quæ huc ex Plauto cõgessimus, in ipsius Plauti comœdiis reperire si voles, queas, post adscriptum Comœdiæ nomen, vno numero scenam, altero versiculum, tertio paginam, siue chartã malis dicere, tibi notauimus. Iis autem quæ sunt ex Terentij Comœdijs, triplicem numerũ pariter præponẽdum, pro cõmoditate tua curauimus: quorũ primo, actum: altero scenam, tertio versiculum, statim reperias. Eos numeros in codicibus Plauti & Terentij à nobis nuper excusis, notatos inuenies.

Vale.



SENTENTIAE ET PROVERBIA
EX COMOEDIIS PLAVTI.

EX AMPHITR.

3. 78 2

Virtute ambire oportet, non fautoribus.
Sat habet fautorum semper, qui recte facit,
Si illis fides est, quibus est ea res in manu.

4. 14 3

Opulento homini hoc seruitus dura est,
Hoc magis miser est diuitis seruus,
Noctesque diesque assiduo fatis, superque est,
Quo facto, aut dicto, adest opus, quietus ne sis:
Ipse, diues operis, & laboris expers,
Quodcūque homini accidit, libere posse retur,
Aequum esse putat, non reputat laboris quid sit:
Nec æquum, anne iniquum imperet, cogitabit.
Ergo in seruitute expetunt multa iniqua:
Habendum & ferundum hoc opus est cum labore.

6. 6 7

Vbi summus imperator non adest ad exercitum,
Citius, quod nō facto est vsus, fit, quàm quod factum est opus.

8. 1 8

Satin parua res est voluptatum in vita, atque in
atate

a. ij.

Agunda præ quàm quod molestum est ? Ita quois
que comparatum

Est in ætate hominum, ita dis placitum, volupta-
ti vt mœror

Comes consequatur: quin incommodi plus ma-
lique illico

Adsit, boni si obtigit quid.

8. 16 8

Virtus præmium est optimum. virtus omnibus

Rebus anteit profecto. libertas, salus, vita,

Res, parentes, patria, & prognati tutantur, ser-
uantur.

Virtus omnia in se habet : omnia adsunt bona,
quem penes est virtus.

8. 53 9

Haud æquum facit

Qui quod didicit, id dediscit.

8. 68 9

Hei etiam tu quoque assentaris huic ? s. quid
vis fieri ?

Non tu scis ? bacchæ baccanthi si velis aduer-
sari,

Ex insana insaniorem facies, feriet sapius.

Si obsequaris, vna resoluas plaga.

8. 71 9

Certa res

Hanc est obiurgare, quæ me hodie aduenientem
domum

Noluerit salutare. s. Irritabis crabrones.

8. 205 II

Quæ non deliquit, decet
Audacem esse, & confidenter pro se, & proteruè
loqui.

8. 208 II

Non ego illam mihi dotem duco esse, quæ dos di-
citur:

Sed pudicitiam, & pudorem, & sedatum Cupi-
dinem,

Deum metum, parentum amorem, & cognatum
concordiam,

Tibi morigera, atque ut munifica sim bonis, pro-
sim probis.

9. 57 12

Nam in hominum ætate multa eueniunt huius-
modi:

Capiunt voluptates, mox rursus miserias.

Iræ interueniunt, redeunt rursus in gratiam.

Verum iræ si quæ forte eueniunt huiusmodi

Inter eos, rursus si reuentum in gratiam est,

Bis tanto amici sunt inter se quàm prius.

11. 4 12

Ita seruum par videtur frugi sese instituere,

Pèrinde ut heri, ipse item sit: voltum è voltu com-
paret:

Tristis sit, si heri sint tristes: hilarus sit, si gau-
deant.

15. 40 24

Vetus est adagium, fames & mora

Bilem in nasum conciant.

a. iij.

3. 16 17

Num me illuc ducis, vbi lapis lapidem terit?

3. 75 17

Argentum accepi dote, imperium vendidi.

3. 79 13

Me defraudato. L. maxumas nugas agis:

Nudo detrahere vestimenta me iubes.

Defrudem te ego & age sis, tu sine pennis vola.

Tene ego defrudem, quoi ipsi nihil est in manu:

3. 87 18

Iubeas vna opera me piscari in aere,

Venari autem iaculo apros in medio mari.

4. 6 19

Te perdam ego & filiam,

Perlecebræ, pernicies, adolescentum exitium.

Nam mare, hæud est mare, vos mare acerrumū:

Nam in mari repperi, hic elauī bonis.

5. 20 19

Par pari datū hostimētū est, opera pro pecunia.

5. 26 19

Quasi piscis, itidem amator lenæ: nequam est nisi recens:

Is habet succum, is suauitatem, eum quouis pacto condias,

Vel patinariū, vel assum vorfes, quo pacto lubet:

Is dare vult, is se aliquid posci. nam vbi de pleno promitur,

Nescit quid det, quid dāni faciat: illi rei studet:

Vult placere sese amicæ, vult mihi, vult pedis
sequæ,

Vult famulis, vult etiam ancillis, & quoque ca-
tulo meo

Subblanditur nouus amator, se vt quum videat
gaudeat.

Vera dico, ad suum quenque hominem quæstum
esse æquum est callidum.

5. 74 20

Diem, aquam, solem, lunam, noctem, hæc argen-
to non emo:

Cætera quæ volumus vt, græca mercamur fi-
de.

5. 48 20

Quum à pistore panem petimus, vinum ex œ-
nopolio,

Si æs habent, dant mercem: eadem nos discipli-
na vtimur:

Semper oculatæ nostræ sunt manus, credunt
quod vident.

Vetus est, nihili coaxatio.

5. 63 20

Hic noster quæstus aucupij simillimus est.

Auceps quâdo cōcinnauit areā, effūdīt cibū, aues
Assuescunt: necesse est facere sumptū qui quærit
lucrum.

Sæpe edūt: semel si sunt captæ, rē soluūt aucupi.

Itidē apud nos: ædis nobis area est, auceps sū ego.

Esca est meretrix. lectus illix est. amatores, aues.

Bene salutādo cōsuescunt, compellādo blāditer.

a. iiij.

Necesse est facere sumptum, qui quærit lucrum.

Portitorum simillumæ sunt ianua lenoniæ:
Si affers, tum patent: si non est, quod des, ædes
non patent.

Si huic occasione tempus se subterduxerit,
Nunquã pol indipifcet quadrigis albis postea.

Non placet, pro monstro extẽplò est, quando qui
sudat tremit.

Hem ista virtus est, quando vsus est, qui malum
fert fortiter.

Fortiter malum qui patitur, idem pòst potitur bo
num.

Non decet superbum esse hominem seruum.

Lupus est homo homini, non homo, quom qualis
sit, non nouit.

Vt miser est homo, qui amat, Li. immò her
cle verò

Qui pendet, multo est miserior.

Non eadem omnia æque omnibus here suauiã
esse scito.

12. 137 26

Vt consuevere, homines Salus frustratur, & fortuna.

15. 6. 27

Decet verecundum esse adolescentem

17. 3 29

Nec quisquam est tam ingenio duro, nec tam firmo pectore,
Quin vbi quicquã occasionis sit, sibi faciat bene.

EX AVLVLARIA

4. 18 30

Si hercle tu ex istoc loco
Digitũ transuersum, aut vnguem latũ excesseris.

5. 33 28

Verisimile non est hominem pauperem
Pauxillum paruifacere, quin nummum petat.

6. 5 28

Nam multum loquaces merito omnes habemur:
Nec mutam profecto repertam vllam esse
Hodie dicunt mulierem vllò in seculo.

6. 26 28

Quia mihi misero cerebrum excutiunt tua dicta
soror: Lapidem loqueris.

6. 40 28

Istas magnas factiones, animos, dotes dapfiles,
Clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, purpuram,
Nihil moror, quæ in seruitutem sumptibus redi-

gunt viros.

7. 4 31

Egomet sum hic, animus domi est.

7. 10 31

Pol si est animus æquus tibi, fatis habes qui bene vitam colas.

7. 17 31

Nunc petit, quom pollicetur: inhiat aurum vt deuoret.

Altera manu fert lapidem, panem ostētat altera.

Neminī credo, qui large blādus est diues pauperi:

Vbi manum inijcit benigne, ibi onerat aliquam zamiam.

Ego istos noui Polypos, qui vbi quid tetigerunt, tenent.

7. 58 32

Hoc magnum est periculum, me ab asinis ad bo-
ues transcendere.

7. 61 32

Eam desponde mihi. E. at nihil est dotis quod
dem. M. ne duas,

Dum modo morata recte veniat, dotata est fatis.

7. 69 32

Nam si opulento sit petitū pauperioris gratiam,

Pauper metuit congrēdi, ac per metum male rem
gerit.

Idem quando illæ occasio perijt, post sero cupit.

7. 87 32

Di immortales aurum obsecro quid valet?

Credo ego iam illum inaudijſſe mihi eſſe theſau-
rum domi, id

Inhiat, ea affinitatem hanc obſtinauit gratia.

13. 10. 34

Feſto die ſi quid prodegeris,
Profeſto egere liceat, niſi peperceris.

14. 1. 35

Di immortales facinus audax incipit,
Qui cum opulento pauper coepit rem habere, aut
negotium.

15. 4. 35

Nam meo quidem animo, ſi idem faciant caeteri
Opulentiores, pauperiorum filias

Vt indotatas ducant vxores domum,

Et multo fiat ciuitas concordior:

Et inuidia nos minore vtamur, quam vtimur:

Et illae mala re metuant, quam metuunt, magis:

Et nos minore ſumptu ſimus, quam ſumus.

In maxima illae populi parte eſt optuma:

In pauciore, audivis altercatio eſt:

Quorum animis audivis, atque inſatietatibus,

Neque lex, neque tutor capere eſt qui poſſit
modum.

15. 62 36

Nam quae indotata eſt, ea in poteſtate eſt viri.

Dotatae maectant & malo, & damno viros.

16. 28 36

Oſſa, atque pellis totus eſt, ita cura macet:

Quia exta inſpicere in ſole etiam viuo licet:

Ita is pellucet, quasi laterna Punica.

17. I 36

Hoc est serui facinus frugi facere, quod ego persequor,

Ne morę, molestiæque imperiũ herile habeat sibi.

Nã qui hero ex sentētia seruire seruus postulat,

In herum matura, in se sera concedet capessere.

Sin dormitet, ita dormitet, seruũ sese vt cogitet.

Nam qui amanti hero seruitutem seruit, quasi ego seruo,

Si herum videt superare amorem, hoc serui officium reor,

Retinere ad salutem, non eum quò incumbat, eò impellere.

Quali pueri qui nare discunt, scirpea inducitur ratis

Quã laborent minus, facilius vt nent, & moueant manus:

Eodem modo seruum ratem esse amanti hero æquom censeo,

Vt toleret, ne pessum abeat: tanquam

Imperium herile discat, vt quod nõ os velit, oculi sciant:

Quod iubeat, citis quadrigis citius properet persequi.

Qui ea curabit, abstinebit censeo næ bubula,

Nec sua opera reddet vnquam in splendorem compedes.

26. 20 38

Nimis vile est vinum, atque amor,

Si ebrio atque amanti impunè facere quod lubeat, licet.

26. 60 39

Qui homo culpam admisit in se, nullus est tam parui pretij

Quin pudeat, quin purget sese.

27. 10 39

Repperi. L. quid repperisti? s. non quod periri clamitant,

In faba se reperisse.

EXCAPTEIVEIS

2. 22 42

Enimuero di nos, quasi pilas, homines habent.

2. 44 42

Imprudens itidem, & sæpe iam in multis locis Plus insciens quis fecit, quam prudens boni.

3. 9. 43

Quasi mures semper edimus alienum cibum.

Vbi res prolatae sunt, quom rus homines eunt,

Simul prolatae res sunt nostris dentibus.

Quasi quom caletur, cocleae in occulto latent:

Suo sibi succo viuunt, ros si non cadit:

Item parasiti rebus prolatis latent,

In occulto miseri victant succo suo.

4. 7 43

Liber captiuis auis ferè consimilis est:

Semel fugiendi si data est occasio,

Satis est, nunquam post illa possis prendere.

Omnes profecto liberi lubentius
Sumus, quàm seruimus.

4. 19 43

Nulla est spes iuuentutis, sese omnes amant.
Ille demum antiquis est adolescens moribus,
Cui nunquam vultum tranquillauit gratus.

4. 39 43

Tum denique omnes nostra intelligimus bona,
Quom quæ in potestate habuimus, ea amissimus.

4. 62 44

Vt sæpe summa ingenia in occulto latent:
Hic qualis imperator, nunc priuatus est.

5. 6 44

Indigna digna habenda sunt, herus quæ facit

5. 8 44

Eiulatione haud opus est, oculis multa misera
cuditis :

In re mala, animo si bono vtare, adiuuat.

5. 29 44

Nam doli non doli sunt, ni astu colas:
Sed malum maxumum, si id palam prouenit.

5. 39 34

Nam ferè maxuma pars morem hunc homines
habent: quod sibi volunt,

Dum id impetrant, boni sunt: sed id vbi iam pe-
nes sese habent,

Ex bonis pessimi, & fraudulentissimi
Sunt.

6. 5 45

Qui cauet ne decipiatur, vix cauet, quem etiam
cauet:

Etiam quum cauisse ratus est, sæpe is cautor ca-
ptus est.

6. 21 45

Proximum quod sit bono, quódque à malo lon-
giffime,

Id volo:

6. 31 45

Quid diuitiæ? suntne optumæ? P. vnde exco-
quat seuum senex:

6. 54 45

Fortuna humana fingit, artatque, vt lubet:

Me qui liber fueram, seruum fecit, è summo in-
fimum.

Qui imperare infueram, nunc alterius imperio
obsequor.

6. 63 46

Est profecto deus, qui quæ nos gerimus, audit
que, & videt:

Is, vti tu me hic habueris, perinde illum illic cu-
rauerit.

Bene merenti bene profuerit, male merenti par-
erit.

6. 75 46

Non ego omnino lucrum omne esse vtile homini
existimo.

Scio ego, multos iam lucrum luculentos homi-
nes reddidit.

Est etiam vbi profecto damnum præstet facere,
quàm lucrum.

Odi ego aurū, multa multis sæpe suasit perperā.

7. 40 47

Meus mihi, suus quoique est charus.

8. 1 47

Miser homo est, qui ipse sibi, quod edat quærit,
& id ægre inuenit.

Sed ille est miserior, qui ægre quærit, & nihil in-
uenit.

Ille miserrimus est, qui quom esse cupit, quod eo
dat, non habet.

8. 17 47

Sese omnes amant.

11. 51 49

Quia tute ipse egēs in patria, nec tibi qui viuas
domi est,

Omnes inuenire similes tibi vis. non mirū facis:

Est miserorum, vt maleuolentes sint, atque inui-
deant bonis.

11. 85 49

Ego omnino occidi:

Nunc ego inter sacrum, saxumque sto: nec quid
faciam scio.

11. 122 50

Satin me illi hodie scelesti capti ceperunt dolo?

Illic seruum se assimulabat: hic sese autem liberū.

Nucleum amisi, reliquit pignori putamina.

12. 7 50

At vt confidenter mihi contra astitit.

Decet innocentem seruum, atque innoxium,
 Confidentem esse, suum apud herum potissimum.

12. 32 50

Qui per virtutem peritat, non potest interire.

17. 8 54

Cur ego te non noui? s. quia mos obliuisci hominum
 minibus:

Neque nouisse, quod uis nihil sit. faciunda gratia.

EX CVRCVLIONE

2. 27 55

Ita tuum conferto amorem semper, si sapias,
 Ne id quod ames, populus si sciat, tibi sit probro.
 Semper curato, ne sis intestabilis.

Quod amas, ama testibus presentibus.

2. 35 55

Nemo ire quenquam prohibet publica via.

Dum ne per fundum septum facias semitam.

Dum te abstineas nupta, uirgine,

Iuuentute, & pueris liberis, ama quod lubet.

2. 53 55

Semper, tu scito, flamma fumo est proxima.

Fumo comburi nihil potest, flammam potest.

Qui est nuce nucleum esse uult, frangit nucem.

2. 86 55

Quis nam hic fluuius est, quem non recipiat mare?

3. 49 50

AEdopol qui amat, si eget, misera aruna afficitur.

b.j.

4. 14 56
 Ipſus ſe excruciat, qui homo quod amat, videt,
 nec potiri licet.

4. 21 57
 Sed enim nequeo durare, quin ego herum accuſem
 ſem meum.

Nam bonum eſt pauxillum amare fanè : infanè,
 non bonum eſt.

Verum totum infanum amare, hoc eſt quod meſ
 us herus facit.

4. 23 57
 Sibi ſua habeant regna reges, ſibi diuitias diuites:
 Sibi honores: ſibi virtutes: ſibi pugnas: ſibi prælia:
 Dum mihi abſtineant inuidere, ſibi quiſque ha-
 beat, quod ſuum eſt.

4. 30 57
 Heus tu mulier, male mereri de immerente, in-
 ſcitia eſt.

4. 34 57
 Nulli eſt homini perpetuum bonum:
 Iam huic voluptati hoc adiuuentum odium eſt.

4. 42 57
 Noli amabo verberare lapidem, ne perdas manū.

5. 25 57
 Facile eſt miſerum irridere.

7. 20 58
 Ita nunc mos viget,
 Ita nunc ſeruitiū eſt, profecto modus haberi non
 poteſt.

8. 10 59
 Qui homo mature quæſiuit pecuniam,

Nisi eam mature parsit, mature esurit.

8. 60 60

Meus hic est, hamum vorat.

8. 88 60

Qui monet, quasi adiuuat.

12. 6 61

Haud in male meditantem male dicassis.

Indignis si maledicatur, maledictum id esse dico.

9. 28 61

Hic hodie apud me nunquam delinges salem.

15. 1 63

Argentariis male credi qui aiunt, nugas prædicant.

Nam & bene & male credi dico. id adeo ego hodie expertus sum.

Nam male creditur, qui nunquam reddunt, sed profus perit.

Velut hic decem mnas dum soluit, omnis mensis transijt.

Postquam nihil fit, clamore hominem posco: ille me in ius vocat:

Pessime metui, ne mihi hodie apud pratore[m] solueret.

EX CASINA

4. 21 66

Peculi probam nihil habere addecet

Clam viro: & quæ habet partum, ei haud como-
di est, quin viro aut subtrahat,

b. ij.

Aut stupro inuenerit. hoc viri censeo esse omne,
quicquid tuum est.

5. 1 66

Omnibus rebus ego amorem credo, & nitoribus
nitidis

Anteuenire : nec pote quicquam commemorari
quod plus falis,

Plusque lepôris habeat hodie. coquos equidem
nimis

Demiror, qui tot vtuntur condimentis, eos eo
Códimento vno nō vtier, quod præstat omnibus.

Nam vbi amor condimentum inerit, quouis pla-
citurum credo:

Neque falsum prorsus, neque suaue esse potest
quicquam, vbi amor

Non admiscetur. fel quod est amarum, id mel
faciet:

Hominem ex tristi lepidum, & lenem.

6. 4 67

Stultitia est, ei te esse tristem, quouis potestas
plus potest.

7. 45 67

Collatis signis depugnabimus.

10. 39 69

Enimuero huc aures sunt magis adhibēdæ mihi:
Iam ego vno in saltu lepidè apros capiam duos.

12. 9 70

Non ecastor vili emptus est modius qui vānit,
falís.

13. 22 70

Non matronarum est officium, sed meretricum,
Viris alienis, mi vir, subblandirier.

15. 39 71

Sciens de via
In semitam regredere.

EX CISTELL.

2. 59 75

Nanque ecastor amor & melle, & felle est foecun
diflumus:

Gustu dat dulce, amarū ad satietatē vsq; aggerit.

2. 59 65

Spissum istud amāti est verbū, veniet, nisi venit.

4. 45 77

Vt sunt humana, nihil est perpetuum datum.

5. I 77

Credo ego amorem primum apud homines car
nificinam commentum:

Hanc de me coniecturam domi facio, ne foris
quæram:

Qui omnes homines supero, atque antideo cru
ciabilitatibus:

Iactor, crucior, agitor, stimulor, versor in amoris
rota: miser

Exanimor, feror, differor, distrahor, deripior, ita
Nullam mentem animi habeo: vbi sum, ibi non

sum: vbi non sum, ibi est animus.

Ira mihi ingenia sunt, quod lubet non lubet iam

b. iij.

id continuo:

Ita me amor lapsum animi ludificat, fugat, agit,
appetit,

Raptat, retinet, iactat, largitur. quod dat, non
dat, eludit.

Modo quod suasit, dissuadet: quod dissuasit, id
ostentat.

EX EPIDICO

2. 47 82

Vtcunque

In alto ventus est Epidice, ex imo velum vortitur.

2. 57 82

Taceam optimum est: plus scire satius est,

Quam loqui seruum hominem: ea sapientia est.

3. 9 82

Nihil agit, qui diffidentem verbis solatur suis.

Is amicus est, qui in re dubia re iuuat, vbi re est
opus.

3. 33 83

Hercle miserū est, ingratum esse hominē id quod
facias bene:

Ego quod benefeci, malefeci: quia amor muta-
uit locum.

4. 1 83

Plerique homines, quos quom nihil refert, pudet:

Vbi pudendum est, ibi deserit eos pudor,

Quum magis vsus est, vt pudeat.

5. 79 84

Si placebit, vt iminor

Consilium: si non placebit, reperitote rectius:

Mihi istic nec feritur, nec metitur: nisi ea, quæ
vis, nolo.

8. 35 85

Verfutior es quàm rota figularis.

9. 11 86

Profecto deliramus interdum senes:

9. 23 86

Deuortunt mores virgini longè, ac lupæ.

9. 41 86

Nihil homini amico est opportuno amicus,

Sine tuo labore quod velis actum est tamen.

10. 8 86

Non repperisti adolescens tranquillum locum,

Vbi tuas virtutes explices vt postulas.

Nam strenuiori deterior si prædicat

Suas pugnas, de illius ore fiunt fordida.

10. 18 86

Hic non est locus:

Quin tu alium quæras, quoi centones farcias.

12. 8 88

Aliter catuli longè olent, aliter fues.

12. 22 88

Perii, plaustrum perculi.

EX BACCHID.

1. 4 90

Metuo, lusciniolæ ne defuat cantio.

2. 36 91

Sperat quidem animus: quò eueniat, dijs in ma-
nu est.

b. iij.

4. 16 92

Anima est amica amanti: si ea abest, nullus est.
Si adest, res nulla est: ipse est nequam, & miser.

5. 13 82

Aspersisti aquam.

6. 115 94

Exorsa hæc tela non male est omnino mihi,
Vt amantem herilem copem facerem filium.

7. I 94

Multis meditatus modis egomet mecum sum, &
ita esse arbitror,
Homini amico qui est amicus, ita vti nomen pos-
fidet,
Nisi deos nihil præstare.

7. 10 94

Pol quidem, meo animo, ingrato homine nihil
impensius est.
Malefactorem amitti fatius, quàm relinqui be-
neficum.
Nimio præstat impendiosum te, quàm ingratum
dicier:
Illum laudabunt boni, hunc etiam ipsi culpa
bunt mali.

8. 4 94

Eia Lyde leniter qui sæuiunt, sapiunt magis.

II. II 96

Multum more isto, atque exemplo viuunt: quos
cum censeas
Tibi amicos, reperiuntur falsi falsimonijs:
Lingua factiosi, inertes opera, sublesta fide.
Nullus est, qui nõ inuideat rē secundā obtingere:

Sibi ne inuideatur, ipsi ignaui cauent recte.

17. 20 99

Vbi ipse? c. nescio.

Nihil iam me oportet scire, oblitus sum omnia:

Scio me esse feruum, nescio etiam id quod scio.

Nunc ab trāsenna hic turdus lumbricum petit:

Pendebit hodie pulchre, ita intendi tenus.

18. 16 99

O stulte stulte, nescis nunc venire te:

Atque in eo ipso astas lapide, vbi p̄co p̄dicat.

19. 46 100

Si tibi est machæra, & nobis vrbina est domi:

Qua quidem te faciam, si tu me irritaueris,

Confessioem foricina nãnia.

EX MOSTELL.

2. 69 105

Vnum hoc scito, nimio celerius

Venire quod molestum est, quàm id quod cupis
de petas.

3. 1 105

Recordatus multum & diu cogitavi, argumētã
que multa

In pectus institui ego atque in corde meo, si quod
est mihi

Cor: eam rem volutavi & diu disputavi: hominẽ
quouis rei,

Quãdo natus est, similem esse arbitrarer, simula-
chrũque habere. iam

Id repperi exemplum : nouarum esse ædium ar-
 bitror similem
 Ego hominem quando hic natus est. ei argumen-
 ta rei dicam.
 Atque hoc videtur haud verisimile vobis: at ego
 faciam
 Id esse ita, vt credatis: & profecto ita esse, vt præ-
 dico,
 Vero vincam: atque hoc vosmetipsi (scio) perinde
 vt nunc ego
 Esse autumo, quãdo dicta audietis mea, haud vos
 aliter id
 Dicetis. auscultate, donec argumenta dixerò:
 Simul autem gnauos esse ad hanc rem mecũ vos
 omnes volo.
 AEdes quum extẽplo paratæ, expolitæ, factæ pro-
 be, examussim,
 Laudant fabrum, atque ædes probat: sibi quisque
 inde exemplum expetunt:
 Sibi quisque simile sumit, sumptu suo operã po-
 scunt suam.
 Atque vbi illò immigrat nequam homo indiligẽs
 cum pigra familia,
 Immundus, instrenuus, hic iam ædibus vitiũ ad-
 ditur, bonæ
 Quum curantur male. atque illud fit sæpe: tem-
 pestas venit,
 Confringit tegulas, imbricẽsque. ibi dominus in-
 diligens
 Reddere alias ne vult. venit imber, lauat parietes,

perluunt

Tigna, putrefacitque operam fabri: nequior iam factus est

Vfus ædium: atque haud fabri culpa: sed magna pars moram hanc sibi

Induxerunt, quod nummo potest sarciri, vsque mantant, neque id faciunt,

Donicum parietes ruunt, ædificantur ædes totæ denuo.

Hæc argumēta ego ædificijs dixi: nunc etiã volo Dicere, vt vos, homines ædium esse similes arbitremini.

Primum dū, parentes, fabri liberū sunt, & fundamentum

Liberorum substruunt: extollunt, parant sedulo infirmitatem: & vt

In vsum boni, & in speciem populo sint, sibi que & materiem

Reparant: nec sumptus sibi sumptui esse ducūt: expoliunt, docent

Literas, iura & leges: sūptu suo, & labore nitūtur Vt alij sibi esse illorum similes expetant. ad legionem

Quum itur, adminiculum eis danunt tum iã alique cognatum suum:

Eatenus abeunt à fabris, ynum vbi emeritum est stipendium.

Igitur tum specimen cernitur, quò eueniat ædificatio.

Nã ego ad id frugi vsque & probus fui: in fabro

rum potestate dum fui.
 Posteaquam immigravi in ingenium meum, per
 didi operam fabrorum
 Illico: oppidoque venit ignavia, ea mihi tempe
 stas fuit,
 Ea mihi aduentu suo quamprimum grandinem,
 imbremque attulit.
 Hæc verecundiam mihi & virtutis modum detur
 bavit: textit,
 Detexitque me illico. post illa obtexere eam, ne
 glegens fui.
 Continuo pro imbre amor aduenit. is vsque in pe
 ctus permanavit,
 Permadefecit cor meum. nunc simul res, fides, fa
 ma, decusque & virtus
 Deseruerunt. ego sum in vsu factus nimio nequior.
 Atque ædepol ita hæc tigna humida putrent. non
 video mihi
 Sarcire posse ædeis meas, quin totæ perpetuæ ruant,
 Quin cum fundamento perierint: nec quisquam
 esse auxilio queat.
 Cor dolet mihi, quum scio nunc ut sum, atque ut
 fui olim: quo neque
 Industrior de iuuentute erat arte gymnastica, dis
 sco, hastis, pila,
 Cursu, armis, equo: victitabam volupe parsimo
 nia, & duritia.
 Disciplinæ alijs eram, optumi quique expetebant
 eam sibi.
 Nunc postquam nihili sum, id verò meopte inge

nio repperi.

4. 3 106

Euentus rebus in omnibus, velut in horreo hor-
na messis,
Magni fit.

4. 12 104

Quin tu te exornas moribus lepidis, quum lepi-
da tute es?
Non vestem amatores mulieris amant, sed vestis
fartum.

4. 40 106

Insperata accidūt magis sæpe, quàm quæ speres.

4. 101 10

Vna opera ebur attramēto candefacere postules.

4. 128 107

Amator, meretricis mores sibi emit auro & pur-
pura.

Quid opus est, quod suum esse nolit, ei vtrò ostē-
tarier?

Purpura, ætas occultanda est: aurum, turpi mu-
lieri.

Pulchra mulier nuda erit, quàm purpurata, pul-
chrior:

Postea nequicquam exornata est bene, si morata
est male.

Pulchrum ornatum turpes mores peius cœno col-
linunt.

Nam næ si pulchra est, nimis ornata est.

8. 12 110

Nihil est miserius, quàm animus hominis cōsciūs.

8. 139 112

Nullum ædepol hodie genus est hominū tetrius,
Nec minus bono cum iure, quā danīsticum,

9. 5 112

Nō bonus est somnus homini de prandio.

10. 5 113

Antiquum obtines

Hoc tuum, tardus vt sis. TR. heus tu, si verbum
hoc cogitare voles,

Simul flare sorberēque, haud factu facile est: ego
hic esse,

Et illic simul haud potui.

12. 13 115

Vt serui suum volunt herum esse, ita ille solet:

Bonus cū probis est, mal⁹ cū malis. nā nūc domi
Nostræ tot pēssumi viuunt, peculij

Sui prodigi plagigeruli. vbi aduorsū vt eant hero
Vocantur, Non eo, molestus ne sis: scio

Quò properas, gestis aliquò iam hercle ire pastū
foras.

Bene merens hoc pretium vbi auscultauī, foras

Solus eo nunc aduorsum hero ex plurimis seruis:

15. 1 116

Qui homo timidus erit in dubiis rebus, is nauci
non erit.

EX MENAETHMIS.

3. 3 119

Homines captiuos, qui catenis vinciunt,

Et qui fugitiuis seruis induunt compedes,

Nimis stulte faciunt, mea quidem sententia.

Nam homini misero malum si accedit ad maius,
Maior libido est fugere, & facere nequiter.

Nam se ex catenis eximunt aliquo modo.

Tum compediti ianuam lima perterunt:

Aut lapide excutiunt clauum. nugæ sunt meræ.

Quem tu asseruare recte ne aufugiat voles,

Esca atque potione vinciri debet:

Apud mensam plenam homini rostrum deliges:

Dum tu illi quod edat, & quod potet, præbeas

Arbitratu suo affatim quotidie:

Nūquam ædepol fugiet, tametsi capital fecerit:

Facile asseruabis, dum illo vinclo vincies.

Ira istæc nimis lenta vincla sunt escaria.

Quam magis extēdas, tanto astringant arctius.

5. 11 120

Meretrix tantisper blanditur, dum illud quod rapiat, videt.

7. 13 121

Si acum credo quæres,

Acum inuenisses.

7. 22 121

In scyrpo nodum quæris.

9. 18 122

Folia nunc cadunt,

Præ ut si triduum hoc hic erimus: tū arbores in te cadent.

Nam ita sunt hic meretrices omnes illecebræ argentariæ.

9. 38 122

Certe hæc mulier catherino ritu astans somniat.

9. 45 122

Quā tu nunc mihi nauē narras? MEN .lignēā,
 Sæpe tritam, sæpe fixam, sæpe excussam malleo.
 Quasi supellex pellionis palus palo proximus est:

14. 2 124

Clientis sibi omnes volunt esse multos: bonine an
 mali scient,
 Id haud quæritant: res quæritur magis, quàm cli-
 entum fides,
 Quo iusmodi cluat. si pauper est, atq; haud malus:
 Nequam habetur. sin diues malus est: habetur is
 cliens

Frugi qui neque leges, neque æquum, neque bo-
 num vsquam colunt,
 Solicitos patronos habent: datum denegant, quod
 datum est.

Litium pleni, rapaces, fraudulentum sunt viri:
 Qui aut scœnore, aut periurijs paratā rem habēt.
 Mens in querelis. iuris vbi dicitur dies, simul
 Patronis dicitur: quippe qui pro illis, quæ malefe-
 cerint,

Loquantur: aut ad populum, aut in iure, aut ad
 iudicem res est.

17. 4 127

Vt ætas mala est merx. mala est ergo.
 Nam res plurimas pessimas cum aduenit affert:
 quas si autumem
 Omneis, nimis longus sermo est.

21. 1 129

Spectamen bono seruo id est, qui rem herilem

procurat, videt,
Collocat, cogitatque, vt absente hero diligenter
rem tutet.

Quam si ipse adsit, aut rectius. tergum quam gu-
lam, crura quam ventrem

Oportet potiora esse. quoi cor est modeste situm,
Recordetur id. qui nihili sūt, quid ijs pretij detur
Ab suis heris: ignavis, improbis viris, verbera,
Compedes, molæ, magna lassitudo, fames, frigus
durum:

Hæc pretia sūt ignaviæ. id ego malè malū metuo.

22. 16 129

Serui qui culpā carent, & metuūt, ij solent heris
Esse vtibiles. nam illi qui nihil metuunt, postquā
malum

Promeriti sunt, tunc metuunt.

24. 30 130

Illic homo aut sycophanta, aut geminus est frater
tuus.

Nam ego hominem homini similiorem nūquam
vidi alterum:

Nec aqua aquæ, nec lacte lacti, crede mihi, vsquā
similius,

Quam hic tui est, túque huius.

EX MILITE GLORIOSO

3. 69 133

Nimia est miseria, pulchrū esse hominē nimis.

8. 52 137

Neque eques neque pedes præfectus quisquā tan-

c. j.

ta audacia est,
 Qui æque faciat cōfidēter, quàm mulieres faciūt,
 Vt vtrōbique orationem docte duint.

8. 64 137

Si fapis,
 Muffitabis: plus oportet fcire feruū, quàm loqui.

9. 80 138

Homini feruo, fuos
 Domitos habere oportet oculos, & manus,
 Orationēque.

10 3 139

Opus est nunc tuto loco,
 Inimicus ne quis noſtris ſpolia capiat conſilijs,
 Atque vnde inimicus ne quis ſpolia capiat aurib⁹.
 Nam bene conſultum, inconſultum ſi ſit, inimic
 cis vſu eſſe poteſt,
 Si minus cum cura, aut cathalogo loquendi le
 ctum fiet.

10. 17 139

Facile eſt imperium in bonis.

10. 78 140

In mala vxore atque inimico ſiquid ſumatur,
 ſumptus eſt.

In bono hospite atque amico, queſtus eſt quod ſu
 mitur.

Et quod in diuinis rebus ſumas ſumptus, ſapien
 ti lucro eſt:

10. 144 140

Nihil me pœnitet iā quanto ſumptu fuerim tibi.
 Nā hospes nullus tam in amici hoſpitiū deuor
 ti poteſt,

Quin vbi triduū cōtinuū fuerit iam odiosus fiet.
Verūm vbi dies decem continuos ite ad eundem
instat.

Tametſi dominus nō inuitus patitur, serui mur-
muran.

IO. 150 140

Si illud ægre est, mihi quod volupe est, meo ani-
mo morem gero.

Quod tamen odioſe faciūdum, fit malum atque
ingratijs.

IO. 156 140

Proletario sermone nunc quidem hospes vttere.
Nam hi solent, quando accubuere, vbi cœna ap-
posita est, dicere:

Quid tibi opus fuit hoc sūptu tāto nostra gratia?
Inſaniſti hercle: nā idem hoc hominibus sat erat
decem.

Quod eorum caussa obſonatum est, culpant, &
comedunt tamen.

PA. Fit pol illud ad illud exemplum: vt doctē &
perspectē sapit

PE. Sed idem homines nunquam dicunt, quan-
quam appositum est ampliter,

Tube illud demi, tolle hāc patinam, pernam nihil
moror:

Aufer hinc illā offam penitā, probus hic conger
frigidus:

Remoue, abi, aufer. neminem eorum hāc asseue-
rare audias:

Sed percellūt, sed perducūt, dimidiatim dum ap-
petunt.

c. ij.

12. 12 142

At nemo sol⁹ satis sapit: nā ego multos sæpe vidi
Regionem fugere consilij, prius quam repertam
habere.

12. 14 142

Si quid faciendum est mulieri malæ atque mali-
tiosæ,
Ea sibi immortalis memoria est, meminisse & sem-
piterna.
Sin bene aut fideliter quid faciendum sit, eadem
veniunt,
Obliuiofæ extemplo vt fiant, & meminisse ne-
queant.

12. 41 142

Mi patrone hoc cogitato, vbi probus est archite-
ctus,
Bene liniatā si semel carinam collocavit,
Facile esse nauē facere, vbi fūdata & cōstituta est.
Nūc hic carina satis & fūdata est bene, & statuta.

E X M E R C A T O R E

3. 18 149

Amorem hæc cuncta vitia sectari solent,
Cura, ægritudo, dolor, nimiaque elegantia.
Hæc nō illū modo qui amat, sed quæque attigit,
Magno atque solido mulctat infortunio.
Nec pol profecto quisquam sine grandi malo,
Præterquam res patitur, studet elegantia.
Sed amor accedunt etiā vltra hæc, quæ diximus,

Infomnia, ærumna, error, & terror, & fuga,
 Ineptia, stultitiæque adeo, & temeritas,
 Incogitantia, excors immodestia,
 Petulantia, cupiditas, & malevolentia.
 Inhæret etiam auiditas, desidia, iniuria,
 Inopia, contumelia, & dispendium,
 Multiloquium, pauciloquium. hoc ideo fit, quia
 Quæ nihil attingunt ad rem, nec sumptus videt,
 Tum amator profert sæpe aduerso tempore.

6. 47 153

Humanū amare est, humanū autē ignoscere est.

12. 28 156

Demisisti gladium in gulam, iam cadam.

16. 4 158

Qui amat, si quod amat habet, id satis habet sibi
 Pro cibo, videre, amplecti, osculari, atque alloqui

16. 30 158

Heu misero mihi,
 Nūc ego verū illud verbū esse experior vetus,
 Aliquid mali esse propter vicinum malum.

18. 9 159

Iacent bene volentes odiosi, humum mordent, ca
 put reptant,

Fremunt, perstrepuntque. cūque putāt viuere,
 tunc ruunt maxime:

Tunc, tunc student persequi, labant iuuenes, iti
 dem rapiuntur senes.

Illi se amant: quod amant, amatū volunt, atque
 cognitum.

Illi verò si amare ea ætate occœperunt, multo in
 c. iij.

faniunt acrius.
 Verum si non amant, oderunt, molesti itidem, atque
 que difficiles,
 Garruli, ofores, infensi, iracundi, sibi suisque in-
 uidi.

Quod in se olim admisere turpiter id si fiat mo-
 destius,
 Nec tolerant, ut æquum est patres: sed clamant,
 indecenter obstrepunt.

19. 40 160

Vetus id dictum est, feliciter is sapit, qui pericu-
 lo alieno sapit.

19. 49 160

In portu res est.

22. 101 161

Quin tu istas omittis nugas, ac mecum huc intrò
 ambulas?

c. Hospes respòdit Zacyntho, ficos fieri nò malas

23. I 162

Demipho sapientū illud dictum te audisse reor
 sapius,

Voluptas est malorum esca: quòd ea non minus
 homines,

Quàm hamo capiantur pisces. hæc quum fugiāt
 senes,

Tu tamen senectuti gratiam non habeas: quoniā
 hæc tibi

Non abstulit modo, sed in amorem coniecit for-
 titus,

Quo te consiliūque tuum atque mentem perdit

funditus,

Atque oculorum tibi præstringit aciem.

EX PSEVDOLO

2. 22 163

Qui quærit alta, is malum videtur quærere.

3. 97 164

Vt literarum ego harum sermonem audio,

Nisi tu illi drachmis fleueris argenteis,

Quod tu istis lachrumis te probare postulas:

Non pluris refert, quàm si imbrem in cribrum
geras.

3. 122 165

De istac re in oculum vtrumvis conquiescito.

5. 28 166

Mortuo verba fabulare nunc.

Satis stultus es, rem actam agis.

5. 48 166

Nimio id quod pudet, facilius fertur, quàm illud,
quod piget.

Non dedisse, istum pudet: me quia non accepi,
piget.

5. 61 167

Nullus est tibi quem roges mutuuum

Argētū. c. quin nomē quoque interijt iā mutuū.

B. Heus tu, postquam hercle isti à mensa surgunt
faturi, poti,

Alienum reddūt nato nemini, qui suum repetunt
Ab alienis, cautiores sunt ne credant alteri.

c. iiij.

5. 68 167

Eme die cæca hercle oliuū, id vēdito oculata die.
Iā hercle vel ducētræ fieri possunt præsentēs minē

5. 84 167

Tibi ego credam? p. cur non? B. quia pol qua
opera credam tibi,

Vna opera alligē canē fugitiuā agninis lactibus.

5. 134 167

In pertusū ingerimus dicta doliū, operā ludimus.

5. 155 168

Pauci ex multis amici sūt homīni, qui certi sient.

6. 13 168

Atque ego huic iam pridē me daturū dixeram:

At volui injcere tragulam in nostrum senem:

Verū is nescio quo pacto præsensit prius.

7. 23 168

Probum patrem esse oportet, qui gnatum suum
Esse probiorem, quā ipse fuerit, postulet.

7. 30 168

Meus hic est quidem seruus Pseudolus:

Hic mihi corrumpit filium, scelerum caput,

Hic dux, hic ille est pædagogus: hunc ego

Cupio excruciarī. c. iam istæc insipiētia est,

Iram in promptu gerere. nam quanto satius est

Adire blandis verbis, atque exquirere,

Sint illa, necne sint, quæ tibi renuntiant?

Bonus animus in mala re dimidium est mali.

7. 45 160.

Decet equidem innocens qui sit, atque innoxius,
Seruum superbum esse apud herū potissimum.

7. 46 160

Sunt quæ te volumus percontari: quæ quasi
Per nebulam nosmet scimus, atque audiuius.

8. 4 170

Nam ea stultitia est, facinus magnum timido cor
di credere.

Nam omnes res perinde sunt, vt agas, vt eas ma-
gnificias.

10. 12 171

Centum doctum hominum consilia hæc vna de-
uincit dea

Fortuna: atque hoc verum est, perinde vt quisque
ea vitur,

Ita præcellet, atq; exinde sapere eum omnes dicim⁹.
Bene vbi quid discimus consilium accidisse, homi-
nem cautum eum

Esse declaramus: stultum autem illum quoui vor-
tit male.

Stulti haud scimus, frustra vt scimus, quom quod
cupienter dari

Petimus nobis, quasi quid in rem sit possimus no-
scere:

Certa amittimus, dum incerta petimus: atque
hoc euenit

In labore atq; in dolore, vt mors obrepat interim.

13. 33 173

Hoc hic quidē homines tā breuem vitam colunt,
Quum hæc herbas huiusmodi in suum aluum
congerunt,

Formidolosas dictu, non esu modo.

Quas herbas pecudes non edunt, homines edūt.

13. 62 173

An tu inuenire postulas quenquam coquom,
Nisi sit miluinis aut aquilinis vngulis?

14. 32 174

Sed ego quæ tibi
Dona dabo, & faciam, si quidem hanc rem accu-
rassis sobrie.

Potin' vt taceas? memorem immemorem facit,
qui monet quod memor

Meminit. teneo, omnia in pectore condita sunt:
meditati Sunt doli docte.

15. 15 175

Ecquem in angiporto hoc hominem tu nouisti te
rogo?

B. Egomet me. s. pauci istuc faciunt homines,
quod tu prædicas.

Nam in foro vix decumus quisque est, qui ipsus
sefe nouerit.

15. 27 175

Nunc homo in medio luto est,
Nomen nescit, hæret hæc res.

20. I 176

Malus & nequam homo est, qui nihil imperium
sui heri feruos facit.

Nihili est autem, suum qui officium facere est im-
memor,

Nisi adeo monitus. nam qui liberos esse illico
Se arbitratur, ex cōspectu heri sui si se abdiderūt,
Luxuriantur, iustrantur: comedunt: quod habent

nomen diu
 Ij feruitutis ferunt: nec boni ingenij quicquam in
 his inest,
 Nisi vt improbis sese artibus teneāt: cum ijs mihi
 Nec locus, nec sermo cōuenit, ijs nunquam no-
 bilis fui.

22. 4 178

Magnū hoc vitiū vino est, pedes captat primum:
 Luctator dolosus est.

EX POENULO.

3. 8 181

Nam tuæ blanditiæ mihi sunt (quod dici solet)
 Gerræ germanæ, atque ædepol λήροι λήρωρ.
 Nunc mihi blandidicus es: at heri in tergo meo
 Treis facile corios contriuisi bubulos.

4. 1 180

Negotij sibi qui volet vim parare, nauem & mu-
 lierem
 Hæc duo sibi comparato: nā nullæ magis res duæ
 Plus negotij habent . eas forte si exornare occoe-
 peris,
 Neque vnquam hæ duæ res fatis ornantur, neque
 eis vlla fatis
 Ornandi fatietas est.

4. 12 180

Apagesis, negotij in muliere quantum vna est. si
 vero duæ,
 Sat scio maximo vni populo quoi lubet, plus fas-
 tis dare

Potes sunt, quæ noctes diēsque in omni ætate
semper

Ornantur, lauantur, tergentur, poliuntur. postre-
mo modus

Muliebris nullus est: neque vnquam lauando, &
fricando sumus saturæ.

Nam quæ lauta est, nisi perculsa est, meo animo
quasi inuenusta est.

4. 22 182

Verùm hoc vnū tamē cogitato, modus omnibus
In rebus soror est optumū habitū. nimia omnia,
Nimium exhibent negotium hominibus ex se.

4. 79 183

Bono ingenio me esse ornatam, qu' in auro mul-
to, mauolo.

Aurum in fortuna inuenitur, natura ingenium
bonum.

Bonā ego quā beatā me esse nimio dici mauolo.

Meretricem pudorem gerere magis decet, quam
purpuram:

Magis meretricem pudorem, quā aurum geres-
re condecet.

Pulchrum ornatū turpes mores peius cœno col-
linunt.

Lepidi mores turpem ornatum facile factis com-
probant.

4. 104 183

Ecquid amare videor? M. damnū quod Mer-
curius minime amat.

Nanque ædepol lucrum amare nullum amato-

rem addecet.

4. 10 183

Et oleum & operam perdidit.

4. 119 183

Inuendibili merce oportet vltro emptorem adducere.

Proba merx facile emptorem reperit, tametsi in abstruso sita est.

7. 1 185

Tardo amico nihil est quicquam inæquius
Præsertim homini amâti, qui quicquid agit, prosperat omnia.

7. 19 185

Liberos homines per urbem modico magis par est gradu

Ire, seruile esse duco festinantem currere:

Præsertim in re populi placida, atque interfectis hostibus

Non decet tumultuari.

7. 29 185

Nunc vos quia mihi aduocatos dixi, & testis adducere,

Podagrosi estis, ac vicistis cocleam tarditudine.

9. 12 187

Istic est thesaurus stultis in lingua situs,

Vt quæstui habeant male loqui melioribus.

9. 14 187

Viam qui nescit, qua deueniat ad mare,

Eum oportet amnem quærere comitem sibi.

Ego male loquendi vobis nesciui viam:

Nunc vos mihi amnes estis, vos certum est sequi.
 Si benedicetis, vostra ripa vos sequar:
 Si maledicetis, vostro gradiar limite.

9. 20 187

Malo bene facere tantundem est periculum,
 Quantum bono malefacere.

9. 22 187

Malo si benefacias, id beneficium interit:
 Bono si quid malefacias, ætatem expetit.

11. 14 188

Calidum prædidisti prandium hodie: dic mihi:
 AG. Quid iam? L. quia hoc nunc frige factas
 cum rogas.

11. 27 188

Nunc hunc, inimicum quia esse sciuerunt meum,
 Allegauerunt, suum qui feruum diceret
 Cum auro esse apud me. composita est fallacia,
 Ut eo me priuent, atque inter se diuidant.
 Lupo agnum eripere postulant: nugas agunt.

12. 16 189

Verum ita sunt omnes isti nostri diuites:
 Siquid benefacias, leuior pluma est gratia:
 Siquid peccatum est, plumbeas iras gerunt.

13. 4 189

Seruire amanti miseria est: præsertim qui, quod
 amat, caret.

14. 18 189

Verba facit emortuo.

14. 22 189

Male partum, male disperit.

14. 49 190

Sine pennis volare, haud facile est: mæ alæ pen-
nas nos habent.

14 58 190

Omnem operam perdis. s. quid iam? m. quia
doctum doces.

14. 94 190

Proba materia est, si probum adhibes fabrum.

16. 13 191

Incipere multo est, quàm impetrare, facilius.

15. 31 193

Multa sunt mulierum vitia: sed hoc è multis vnũ
maximum est

Cum nimis placent, nimisque operam dant, vt
placeant viris.

15 64 194

Pro osse linguam objicito: ita hanc ego canem fa-
ciam tibi oleo

Tranquilliozem.

20. 1 195

Decipitur nemo quidem mea sententia,
Qui suis amicis narrat recte res suas.

EX PERSA

I. 7 196

Qui suo hero seruire volt bene seruos seruitu-
tem, nã

AEdepol multa illum in pectore collocare oportet suo,

Quæ hero placere præsentì atque absenti ceseat.

2. 27 197

Quid ergo faciam? disne aduorser? quasi
 Titani cū dis belligerē, sat quibus esse nō queam?

2. 40 197

Qua confidentia rogare tu à me tantum audes
 Argentum impudens? quin si egomet totus vene-
 am, vix pote est
 Recipi, quod tu me rogas. nam tu aquam à pu-
 mīce nunc postulas,
 Qui ipse sitiat.

3. 12 197

Reipublicæ caussa qui non id facit magis,
 Quam sui quæsti, animus haud induci potest, eū
 Esse ciuem & fidelem, & bonum, sed legitupam
 quidem, ni det in publicum
 Dimidium, atque etiam in ea lege adscribier, vbi
 quadruplator quempiam
 Illexit manum, tantidem ille illi rursus iniiciat
 manum,
 Vt æqua parti prodeant ad treis viros.
 Si id fiat, næ isti faxim nusquam appareant,
 Qui hic albo pariete aliena oppugnant bona.

4. 33 198

Mane quod tu occœperis
 Negotium agere, id totum procedit diem.

5. 10 198

Ecastor miser est, qui amat.

6. 47 199

Male operam locas. s. qui? p. quia enim nihil
 amas, cum ingratum amas.

7. 16 200

Virtus est, vbi occasio admonet, despiciere.

10. 23 201

Inimici, famam non ita vt nata est, ferunt.

10. 27 201

Hominum immortalis est infamia:

Etiam tum viuít, cum esse credas mortuam.

10. 32 201

Cogita hoc verbum pater,

Herus si minatus est malum seruo suo:

Tametsi id futurum nõ est, vbi captũ est flagrũ,

Dum tunicas ponit, quanta afficitur miseria:

Ego nunc quod non futurum est, formido tamẽ.

10. 58 201

Non tu nunc hominum mores vides

Quoiusmodi: hic cum mala fama facile nubitur.

Dum dos sit, nullum vitium vitio vortitur.

13. 1 202

Si quam rem accures sobrie, aut frugaliter,

Solet illa recte sub manus succedere:

Atque ædepol firme vt quisque rem accurat suã,

Sic ei procedit. post principio denique

Si malus aut nequam est, male res vortunt, quas
agit.

Sin autem frugi est: eueniũt frugaliter.

16. 88 203

Vt munitum muro tibi visum est oppidum:

P. Si incolæ bene sunt morati, pulchre munitum
arbitror:Perfidia, & peculat⁹ ex vrbe, & avaritia si exulãt,

d. i.

Quarta inuidia, quinta ambitio, sexta obtrectatio,

Septimum periurium. T. euge. P. octaua, in diligentia:

Nona, iniuria. decuma, quod pessimum aggressu, scelus.

Hæc nisi vnde aberunt, centuplex murus rebus seruandis parum est.

17. 2 205

Siquid bonis

Boni fit, esse idem & graue & gratum solet.

9. 19 205

Dictum sapienti fat est.

12. 12 206

Improbus est homo, qui beneficium

Scit fumere, & reddere nescit.

13. 23 206

Stultitia est,

Si quoi bene esse licet, eum præuortitibus.

EX RVDENTE

12. 22 208

Atque hoc in animum scelesti inducunt suum,

Iouem placare se posse omnibus hostijs:

Et operam & sumptum perdunt: atque id ideo

Fit, quia nihil ei acceptum est à periurijs.

Supplicij facilius pius à dis supplicans,

Quam qui scelestus est, inueniet veniam sibi.

Idcirco moneo vos ego hæc qui estis boni,
 Quæque ætatem agitis cum pietate & cum fide:
 Retinete porro post factum vt latemini.

4 24 209

Peculiosum esse decet seruum & improbum,
 Quem hero præfente prætereat oratio,
 Aut qui inclementer dicat homini libero.

5. I 209

Nimio pol hominum fortunæ minus miseræ me-
 morantur,
 Quàm reapse experiundo ijs datur acerbum: hoc
 deo complacitum est

8. I 210

Omnibus modis qui pauperes sunt, homines mi-
 feri viuunt,
 Præfertim quibus nec quæstus est, nec artem didi-
 cære vllam.
 Necessitate quicquid est domi, id fat est habend-
 dum.

10. 67 212

Multa præter spem, scio multis bona euenisse:
 At ego etiam qui sperauerint, spem decepisse
 multos.

Ergo animus æquus optimum est ærumnæ con-
 dimentum.

17. 9. 215

Neque est melius morte in malis rebus miseris.

d. ij.

22. 10 218

Nimis homo
 Nihil est, qui piger est, nimisque id genus odi ego
 male. vigilare
 Decet hominē, qui volt sua tempori conficere
 officia.
 Non enim illum expectare oportet, dum herus se
 ad suum fuscitet officium.
 Nam qui dormiunt lubenter, sine lucro & cum
 malo quiescunt.

23. 2 218

Quod benefit bonis,
 Haud perit.

24. 70 220

Eo tacent, quòd tacita bona est mulier semper,
 quam loquens.

27. 9 222

O Gripe Gripe, in ætate hominum plurimæ
 Fiunt transfennæ, vbi decipiuntur dolis:
 Atque ædepol in eas plerunque escam imponitur:
 Quam si quis avidus poscit escam avariter,
 Decipitur in transfenna avaritia sua.
 Ille qui consulte, docte, atque astute cauet,
 Diutine vti bene licet partum bene.

27. 20 222

Semper cauere, hoc dictum sapientissimum est:
 Ne conscij sint ipsi malefcij sui.
 Ego mihi quom lusi, nil moror vllum lucrum.

30. 33 223

Miserum istuc verbum & pessimum est, habuis

se, & nihil habere.

EX STICHO

2. 26 225

Omneis sapiēteis suum officium æquū est colere,
Et facere.

3. I 225

Qui manet, vt moneatur semper seruos homo
officium suum,
Nec voluntate id facere meminit: seruos is habi-
tu haud probus est.

3. 39 225

Nunquam enim nimis curare possunt parentem
suum filiæ:
Quom æquius est nos potiozem habere te, postea
de viros
Nostros, quibus voluisti nos esse matresfamiliâs.

3. 51 225

Pol ego vxorem quæro, postquam vostra mater
mortua est.

P A. Facile inuenies & peiorē & pei⁹moratā pater,
Quam illa fuit: meliorem neque tu reperies, ne-
que sol videt.

A. At ego ex te exquiro, atque istac tua sorore.

P. ædepol pater,

Scio, vt oportet esse, si sint, ita vt ego æquom
censeo.

A. Volo scire ergo, vt æquom censes, P I. vt per
d. iij.

urbem quum ambulent,
 Omnibus os obturent, ne quis merito maledicat
 sibi.

A. Dic vicissim nunc iam tu. P A. quid vis tibi
 dicam pater?

A. Vbi facillume spectatur mulier, quæ ingenio
 est bono?

P A. Quoi male faciundi est potestas, quæ ne fa-
 ciat, id temperat.

A. Haud male istuc: age tu, altera vtra sit condi-
 tio pensior,

Virginem, an viduam habere? P I. quanta mea
 sapientia est,

E malis multis, malum quod minimum est, id mi-
 nimum est malum.

Qui potest mulieres vitare, vitet: vt quotidie
 Pridie caueat, ne faciat, quod se pigeat postridie.

A. Quæ tibi mulier videtur multo sapientissima?

P A. Quæ tum quom res secundæ sunt, se poterit
 noscere:

Et quæ æquo animo patietur, sibi esse peius,
 quam fuit.

3. 75 226

Vosne ego patiar cum mendicis nuptas me viuo,
 viris?

P I. Placet ille meus mihi mendicus. rex suus regi-
 næ placet.

Idem animus in paupertate est, qui olim in diui-
 tijs fuit.

3. 81 226

Quin vos capitis cōditionem ex pessuma prima-
riam?

Stultitia est pater venatum ducere inuitas canes.
Hostis est vxor pater, inuita quæ ad virum nu-
ptum datur.

4. 23 226

Paupertas fecit ridiculus forem.
Nam illa omnes artes perdocet, vbi quem at-
tigit.

4. 44 226

Sed curiosi sunt hic quamplures mali,
Alienas res qui curant studio maxumo,
Quibus ipsis nulla est res, quam procurent, sua.

4. 54 227

Curiosus nemo est, quin sit maleuolus.

4. 54 227

Ridiculus æque nullus est, quam dum esurit.

5. 27 228

Secundas fortunas decent superbiæ.

9. 15 230

Hoc tu facito cogites:

Vt quoique homini res parata est, firmi amici
sunt: si labant

Res lassæ, itidem amici collabascunt. amicos res
inuenit.

9. 71 231

Quin tu vocasti hominem ad cœnam? E. nequid
adueniens perderem.

Atque eccū tibi lupum in sermone, esuriēs adest.
d. iij.

14. IO 232

Modeste melius facere sumptum , quàm ampli-
ter, suum quenque

Decet. quibus diuitiæ domi sunt, scaphio, can-
tharis, batiocis

Bibunt. nos nostro famiolo poterio, tamen viui-
mus, nos tamen

Efficimus pro opibus nostra mcenia.

15. 3 233

Ita est ingenium muliebre,

Bene cum lauta est, tersa, ornata, ficta est, infecta
est tamen.

Nimioque sibi mulier meretrix repperit odium
ocys

Sua immunditia, quàm in perpetuum vt placeat
munditia sua.

E X T R I N V M M O

4. 20 234

Nota mala res, optuma est: nam ego nũc si igno-
tam capiam, quid

Agam nesciam ædepol. Proinde vt bene viui-
tur, diu

Viuitur.

5. II 235

Nunquam

Amor quenquam nisi cupidum hominem postu-
lat: se in plagas

Conijcere eos cupit, eos cõsectatur, subdole blan-

ditur, ab re
 Consulit, blandiloquentulus, harpago, mendax,
 cupes, auarus,
 Elegans, despoliator, latebricolarum hominum
 corruptor,
 Blandus, inops, cælati indagator.

5. 31 236

Qui in amore præcipitavit, peius perit, quàm si
 faxo saliat.
 Apagesis amor, tuas res tibi habe, amor mihi ami-
 cus ne fuas vnquam.

6. 6 236

Noui ego hoc sæculum moribus quibus sit, ma-
 lus bonum malum
 Esse vult, vt sit sui similis: turbant, miscent mores
 mali. rapax,
 Auarus, inuidus, sacrum prophanum, publicum
 priuatum habent:
 Hiulca gens.

6. 24 236

Qui homo cum animo inde ab in eunte ætate de-
 pugnat suo,
 Vtrum id itane esse mauelit, vt eū animus æquū
 censeat,
 An ita potius, vt parenteis eum esse, & cognati
 velint?
 Si animus hominem perpulit, actum est: si animo
 feruiuit, non sibi.
 Si ipse animum perpulit, dum viuít, victor victo-
 rum cluet.

Tu si animum vicisti potius quàm animus te, est
quod gaudeas.

Nimio satius tui op⁹ est, te ita esse, quàm vt ani-
mo lubet.

Qui animum vincunt, quàm quos animus, sem-
per probiores

Cluent. l. istæc ego mihi semper habui ætati
tegumentum

Meæ, ne penetrarem me vsquam, vbi esset dam-
ni conciliabulum:

Ne noctu irē obambulatū, ne suū adimerē alteri:

Neu tibi ægritudinem pater parerē, parsi sedulo.

Sarta tecta, tua præcepta vsque habui mea mode-
stia.

s. 39 236

Is probus est, quem non pœnitet, quàm probus
sit, & frugi bonæ.

Benefacta benefactis alijs pertegito, ne perpluāt.

Qui ipfus se contēnit, in eo est indoles industriæ.

s. 53 236

AEdepol hominem prædicatum ferme familia-
riter, qui

Quidem nunquam per virtutem rem confregit,
atque eget.

Nihil moror eum tibi esse amicum cum eiusmo-
di virtutibus.

s. 67 237

Ciui

Immunicio scis quid cantari solet? quod habes,
ne habeas.

5. 80 237

Sapientiæ ætas cõdimētū est, sapiēs ætati cib⁹ est.

5. 86 237

Non ætate, verum ingenio adipiscitur sapientia.

7. 4 237

Sed hoc vnū consolatur me, atque animū meum,
Quia qui nihil aliud, nisi quod sibi soli placet,
Consultit, aduersum filium nugas agit,
Miser ex animo fit.

8. 11 237

Sero atque stulte prius quod cautū oportuit, post-
quam
Comedit rem, post rationem putat.

8. 60 238

Verecundari neminem
Apud mensam decet: nā ibi de diuinis atque hu-
manis cernitur.

9. 18 239

Nimiū difficile est reperiri amicum, ita vt nomē
Cluet, quoi tuam quum rem crederis, sine omni
cura dormias.

10. 12 240

Nullum beneficium
Esse duco id, quod quoi facias, non placet.

10. 42 240

Ita est amor, balista vt iacitur, nihil sic celere est,
neque volat,
Atque is moros hominū mores, & morosos efficit
Minus placet magis quod suadetur: quod dissua-
detur, placet.
Quū inopia est, cupias: quando eius copia est, tū

non velis:

Ille qui aspellit, is compellit: ille qui non suadet,
vetat.

Insanum est & malum in hospitiū diuorti ad cu-
pidinem.

10. 70 240

Is est honos homini pudico, meminisse officium
suum.

14. 20 244

Vtinam

Veteres mores veteris parsimoniae, potius maiori
honori

Hic essent, quam mores mali. c. di immortales
basilica hic quidem

Facinora inceptat loqui, qui quærit vetera ama-
re. s. hunc

Morem maiorum scias: nam nunc mores nihil fa-
ciunt, quod licet,

Nisi quod lubet. ambitio iam more sancta est, li-
bera est a legibus.

Scuta iacere, fugereque hostis, more habent licen-
tiam.

Petere honorem pro flagitio, more fit.

14. 34 244

Istis quicquam lege sanctū est, leges mori seruiūt,
mores autem

Rapere properant, qua sacrum, qua publicum.
hercle istis malam

Rem magnā moribus dignū est dari. nonne hoc
Publice animū aduorti? nam id genus hominum

hominibus

Vniuersis est aduersum, atque omni populo malefacit.

Male fidem seruando, illis quoque abrogant etiã fidem, qui nihil

Meriti. quippe ex eorum ingenio ingenium horum probant.

14. 42 234

Siquis mutuam quid dederit, sit pro proprio perditum:

Quum iam repetas, inimicum amicum beneficio inuenis tuo.

Si magis exigere cupias, duarum rerum exoritur optio:

Vel illud quod credideris perdas, vel illum amicũ amiseris.

17. 1 235

Neque fuit, neque erit, neque esse quenquam hominum interdum

Arbitror, quomodo fides, fidelitasque amicũ erga æquum peret suum.

17. 4 235

Si quid amicum erga benefeci, aut consului fideliter,

Non videor meruisse laudem, culpa caruisse arbitror.

Nam beneficium homini proprium quod datur, proprium erit.

Quod datũ vtendum est, id repetundi copia est, quando velis.

17. 5 245

Tunica propior pallio est

E X T R U C V L E N T O

3. I 246

Non omnis ætas ad perdiscendum fat est: nam an-
tidum is perdiscat,

Quot pereat modis (neque ea ratione me absque
se unquam

Educet Venus, quam penes amantū summa sum-
marum redit)

Quot amans exemplis ludificetur, quot modis
pereat,

Quotque exoretur exorabilis, quot illic blāditia,
quot illic

Iracundiæ sunt, quot sunt perclamanda. di ves-
tram fidem. hui

Quid perierandum est, etiam præter munera.
primum

Dum mœret animus, præmiū si obolus est, obs-
eunt tres noctes.

Ducunt interea loci aut æra, aut vinum, aut ole-
um, aut triticum.

Tentant benignusne, an bonæ frugi sies. quasi in
piscinam

Rete qui iaculū parat, quando abiit rete pessum,
abducit:

Infra sin iecit rete, piscis ne effugiat cauet, dū huc
Dum illuc rete ore impedit piscis, vsque adeo do

nicum foras eduxit:

Itidem est amator, si id quod oratur, dedit, atque
est benignus,

Potius quam frugi bonæ, adduntur noctes: inter-
rim ille

Hamum vorat, si semel amoris poculum accepit
mere:

Eaque intra pectus se penetrauit potio exemplo,
& ipse

Perit, & res, & fides. si iratum scortum forte est
amatori suo,

Bis perijt amator, ab re, atque animo simul.

4. 54 247

Rationem dicam, quia qui

Alterum incusat probri, ipsum se intueri oportet.

4. 59 247

Dum viuit, hominem noueris: ubi mortuus est,
quiescas.

Te, dum uiuebas, noueram.

4. 68 248

Certe hercle quam veterrimus

Homini optumus est amicus. nõ hercle occiderunt
mihi etiam

Fundi & ædes.

5. 9 248

Actutum fortunæ solent mutarier: varia vita est:
nos diuitem

Eum meminimus, atque isti pauperes nos. verte-
re sese memoria est

Vices sic. quid ita miretur, si eget? necesse est nos
 patier à vita,
 AEquum factum est, piaculum est misereri nos
 hominum
 Rem male gerentium.

8. 44 250

Ad suum quenque æquum est quæstum
 Esse callidum.

9. 12 250

Male quod mulier incœpit, nisi efficere perpetrat,
 Id illi morbo, id illi senio est, ea illi miseræ misera
 ria est.

Si benefacere incœpit, eius enim cito odium percipit.

Nimisque pauca sunt defessæ, male quæ facere
 occœperunt:

Nimisque pauca efficiunt, siquid occœperint benefacere.

Mulieri nimio malefacere melius est onus, quàm bene.

10. 6 251

Nô laudâdus est qui plus credit quæ audit, quàm
 Quæ videt. non placet cum illi plus laudant quæ
 audiunt,

Quàm quæ vident. pluris est oculatus testis vnus,
 quàm auriti

Decem. qui audiunt, audita dicunt: qui vident,
 planè sciunt.

Non placet quem scurræ laudant, manipulares
 mufitant,

Neque illi, quorum lingua gladiatorū aciem præ-
stringit. domi

Strenui nimio plus profunt populo, quàm argu-
ti & cati.

Facile sibi facunditatē virtus arguta inuenit.

Qui amat, nequit quin nihili sit, atque improuise
partibus expoliet.

Nam hoc qui sit ita, ne quis id quærat ex me; do-
mi scit quæ facit

Improba facta amator, qui bona sua pro stercore
habet, foras

Iubet ferri, metuit publicos, mūdissimus est, pu-
ras sibi esse vult

AEdeis. domi quicquid habet, perditur. ex eo,
quandoquidem ipse

Perditus est, secreto hercle equidem illum adiu-
tabo, neque meā quidem

Opera vnquam nihilominus propere, quam po-
test, peribit.

Nam iam de hoc obsonio, de minā deminui mo-
do quinque

Nummos, mihi detraxit partem herculaneā. nā
hoc assimile est,

Quasi de fluuio, qui aquam deriuat sibi, nisi deri-
uetur tamen,

Omnis aqua abeat in mare. nā hoc in mare abiit,
mifereque

Perijt sine bona omni gratia. hæc cum video fieri, suffuror,
 Suppilo, de præda prædam capio. meretricem ego item esse reor,
 Mare vt est: quod des deuorat, nunquam abundat:

16. 31 253

Inuidere alij bene esse, tibi male esse, miserum est.

Qui inuidet egent: illi quibus inuidetur, rem habent.

67. 35 254

Plus potest, qui plus

Valet:

17. 49 254

Per tua obsecro genua,

Vt tu istuc insipienter factum, sapiënter feras, mihi que ignoscas,

Quod animi impos vini vitio fecerim. c. non placet.

In mutum quippiam conferri, quod loqui nõ potest. nam vinum si

Fabulare possit, se defenderet, non vinum moderari,

Sed vino solent, qui quidem probi sunt: verum

Qui improbus est, siue subbibit, siue a deo caret temeto,

Tamen ab ingenio est improbus.

18. 30 255

Verum est verbum quod memoratur, vbi amici,

Ibidem opus.

19. 38 255

Omnes homines ad suum quæstum callent, & fastidiunt.

SENTENTIAE & PROVERBIA
EX COMOEDIIS TERENTII.

EX ANDRIA

I. I 33
Id arbitror
Apprime in vita esse utile vt ne quid nimis.

I. I 40

Hoc tempore
Obsequium amicos, veritas odium parit.

I. I 50

Ingenium est omnium
Hominum ab labore procliue ad lubricum,

I. 2 23

Non hercle intelligo. s. non:hem, D. nō, Das
uus sum, non OEdipus.

s. Nempe ergo aperte vis quæ restant, me loqui.
D. sanè quidem.

2. I 8

Quanto fatius est te id dare operam
Qui istum amorem ex animo amoueat tuo, quam
id loqui

c. ij.

Quo magis libido frustra incendatur tua.
 c. Facile omnes, quum valemus, recta consilia æ-
 grotis damus.
 Tu si hic fies, aliter sentias.

2. 5 15

Verum illud verbum est quod vulgo dici solet,
 Omnes sibi melius malle esse, quàm alteri.

3. 1 22

Nunc huius periculo fit, ego in portu nauigo.

3. 3 23

Sic hercle est vt dicam tibi,
 Amantium iræ, amoris redintegratio est.

5. 2 4

Omnis res est iam in vado.

E X E V N V C H O

Ex prologo 41.

Nullum est iam dictum quod non dictū sit prius:

1. 1 12

Here, quæ res in se neque consilium neque mo-
 dum

Habet vllum, eam consilio regere non potes.

In amore hæc omnia insunt vitia: iniuriæ,

Suspiciones, inimicitia, induciæ,

Bellum, pax rursum. incerta hæc si tu postules

Ratione certa facere: nihilo plus agas

Quam si des operam vt cum ratione insanias.

2. 1 19

Di boni quid hoc morbi est: ad eone homines im-
mutarier

Ex amore, vt non cognoscas eundem esse!

2. 2 1

Di immortales, homini homo quid præstat: stulto
intelligens

Quid interest!

2. 2 21

Imperauí egomet mihi

Omnia assentari: is quæstus nunc est multo vber-
rimus.

2. 2 44

Hoc nunc dices,

Eiectos hinc nos. Omnium rerum heus vicissitu-
do est.

3. 1 35

Quid ais inquam, homo impudens!

Lepus tute es, & pulpamentum quæris.

4. 5 6

Verbum hercle hoc verum est,

Sine Cerere & Libero friget Venus.

4. 6 23

Scio istuc: sed tu quod cauere possis stultum ad-
mittere est.

4. 7 19

Omnia prius experiri, quam armis, sapiëtem de-
cet.

5. 1 16

Scelesta, ouem lupo commisisti.

e. iij.

S. 2 33

At nunc dehinc spero æternam inter nos gratiam
 Fore Thais : sæpe ex huiusmodi re quapiã, & ex
 malo principio, magna familiaritas
 Conflata est. quid si hoc quispiam voluit deus?

E X H E A V T O N .

I. 2 35

Necesse est Clitipho consilia consequi consimilia:
 hoc
 Scitum est, periculum ex alijs facere, tibi quod ex
 vsu fiet.

2. 1 9

Nunc ait, Periculum ex alijs facito tibi, quod ex
 vsu fiet.
 Astutus, nã ille haud scit quàm mihi nunc surdo
 narret fabulam.
 Magis nunc me amicæ dicta stimulant, da mihi,
 atque affer mihi.

2. 2 11

Nosti mores mulierum,
 Dum moliuntur, dum comuntur, annus est:

2. 3 100

Ademptum tibi iam faxo omnem metum,
 In aurem vtramvis otiose vt dormias.

3. 1 11

Aut ego profecto ingenio egregie ad miseriam

Natus sum : aut illud falsum est quod vulgo au-
dio dici diem adimere ægritudinē hominibus.

Nam mihi quidem quotidie augetur magis
De filio ægritudo: & quanto diutius

Abest, magis cupio tanto, & magis desydero.

3. 1 74
Deteriores omnes sumus licentia.

3. 1 9

Diuestram fidem

Ita ne comparatam esse hominū naturam omnium

Aliena melius vt videant & iudicent

Quam sua: an eo fit quia in re nostra, aut gau-
dio

Sumus præpediti nimio, aut ægritudine.

Hic mihi quanto nunc plus sapit, quàm egomet
mihi.

3. 2 7

Equidem te demiror Chreme

Tam mane qui here tantum biberis. c. Nihil
nimis.

s. Nihil narras: visa verò est quod dici solet,
Aquilæ senectus.

4. 1 58

Non licet hominem esse sæpe ita vt vult,
si res non finit.

Nunc ita tempus est mihi, vt cupiam filiam:
olim nihil minus.

4. 2 7

Quid agas: aut quid cōminiscar: ratio de integro

e. iij.

ineunda est mihi, nulla tam facili
 Nihil tam difficile quin quærêdo inuestigari pos-
 fiet.

4. 3. 40
 Quid tum quærso, si hoc pater rescierit?
 s. Quid si redeo ad illos qui aiunt, Quid si nunc
 cælum ruat?

4. 5. 45
 Eó nũc confugies, quid mea? num mihi datũ est?
 Num iussi? num illa oppignerare filiam
 Meam me inuito potuit? Verum illud Chreme
 Dicunt, ius summum sæpe summa malitia est.

4. 6. 1
 Nulla est tam facilis res quin difficilis fiet
 Quam inuitus facias.

5. 2. 38
 Matres omnes filijs
 In peccato adiutrices, auxilio in paterna iniu-
 ria
 Solent esse.

EX ADELPHIS

I. I. 27
 Alij clanculum
 Patres quæ faciunt, quæ fert adolescentia,
 Ea ne me cælet consuefeci filium.
 Nam qui mentiri, aut fallere insuerit patrê, aut
 Audebit: tanto magis audebit cæteros.

Pudore & liberalitate liberos
Retinere satius esse credo quàm metu.

I. I. 40

Errat longe mea quidem sententia,
Qui imperium credat grauius esse, aut stabilius,
Vi quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur.
Mea sic est ratio, & sic animum induco meum:
Malo coactus qui suum officium facit:
Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet.
Si sperat fore clam, rursus ad ingenium redit.
Ille quem beneficio adiungas, ex animo facit.
Studet par referre, præsens, absensque idem erit.
Hoc patrium est, potius consuefacere filium
Sua sponte recte facere, quàm alieno metu.
Hoc pater ac dominus interest. hoc qui nequit,
Fateatur nescire imperare liberis.

I. 2 18

Homine imperito nunquam quicquam iniustius:
Qui nisi quod ipse fecit, nihil rectum putat.

2. 2 8

Pecuniam in loco negligere, maximum interdum
est lucrum.

3. 3 32

Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est
Videre, sed etiam illa quæ futura sunt
Prospicere.

4 I 22

Hem tibi autem. c. quidnam est: s. lupus in fabula.
c. Pater est: s. ipsus est.

4. 3 14

Omnes quibus res sunt minus secundæ, magis
sunt nescio quo modo

Suspiciosi, ad contumeliã omnia accipiunt magis
Propter suam impotentiam : se semper credunt
neglegi.

4. 7 19

Placet tibi factum Mitio: N. non, si queam
Mutare: nunc cum non queo, æquo animo fero.
Ita vita est hominum quasi cum ludas tessleris:
Si illud quod est maxime opus, iactu non cadit,
Illud quod cecidit forte, id arte vt corrigas.

5. 3 17

Vetus verbum hoc quidem est
Communia esse amicorum inter se omnia.

5. 3 45

O noster Demea
Ad omnia alia ætate sapimus rectius:
Solum vnum hoc vitium affert senectus homi-
nibus,
Attentiores sumus ad rem omnes quàm fat est.

5. 4 1

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione
ad vitam fuit.

Quin res, ætas, vsus semper aliquid apportet
nouï,
Aliquid moneat : vt illa quæ te scire credas, ne-
scias:

Et quæ tibi putaris prima, in experiũdo repudies?

Re ipsa
Facilita
ment

Vitium
Quod

Suo sit
Gladio

Profer
Omni
Humi

Quar
hab
Vt fe

Is ser
Pelle

Scift

S. 4 6

Re ipsa repperi
Facilitate nihil homini esse melius, neque cle-
mentia.

S. 8 31

Vitium commune omnium est,
Quod nimium ad rem in senecta attenti sumus.

S. 8 36

Suo sibi hunc
Gladio iugulo.

EX HECYRA

S. 3 19

Profecto hoc sic est vt puto,
Omnibus nobis vt res dant sese, ita magni atque
Humiles sumus.

EX PHORMIONE

I. I 7

Quàm inique comparatum est, hi qui minus
habent
Vt semper aliquid addant ditioribus:

I. 2 17

Is senem per epistolas
Pellexit, modo non monteis auri pollicens.

I. 2 29

Scisti vti foro.

I. 30 20

Ita plerique ingenio sumus omnes, nostri nosmet
pœnitent.

I. 4 9

Loquârne? incendâ. taceam? instigem. purgê me?
laterem lauem.

2. I 11

Quamobrem omnes, cum secundæ res sunt ma-
xime, tum maxime

Meditari secum oportet quo pacto aduersam æ-
rumnam ferant

2. 2 3

Ad te summa solum Phormio rerum redit:
Tute hoc intristi, tibi omne est exedendum:
accingere.

2. 2 22

Iam pedum visa est via

2. 2 15

Non rete accipitri tenditur, neque miluio,
Qui male faciunt nobis. illis qui nihil faciunt,
tenditur:

Quia enim in illis fructus est, in illis opera lu-
citur.

Alijs aliunde est periculum vnde aliquid abra-
di potest:

Mihi sciunt nihil esse.

2. 3 72

Actum, aiunt, ne agas.

2. 4 13

Verum est ita,

Quot homines tot sententiæ, suus cuique mos.

3. 2 10

Cantilenam eandem canis

3. 2 21.

Mihine domi est? imò quod aiunt, auribus teneo
lupum.

3. 3 30

Solus est homo amico amicus.

4. 1 8

Pol me detinuit morb⁹. p. vnde? aut qui? c. rogas?

Senectus ipsa est morbus.

4. 4 15

Nihil est Antipho

Quin male narrando possit deprauarier.

5. 2 3.

Ita fugias ne præter casam quod aiunt.

5. 9 26

Verba fiunt mortuo

SENTENTIAE ALIQVOT EX
CICERONIS EPISTOLIS.

Numerus sententiis præpositus, epistolarũ est.

9. IZ.

Hæc animaduertenda in ciuitate, quæ sunt apud
Platonem nostrum scripta diuinitus, QVALES
IN REPUBLICA PRINCIPES essent, tales
reliquos solere esse ciueis.

9. P.

Iubet idem ille Plato, quem ego authorem vehem
enter sequor, TANTVM contendere in republi
ca, quantum probare tuis ciuibus possis: vim ne
que parenti, neque patriæ afferre oportere.

9. V.

Nunquam præstantibus in republica gubernāda
viris laudata est in vna sententia perpetua permā
sio. sed vt in nauigādo tēpestati obsequi artis est,
etiā si portum tenere nequeas: cum verò id possis
mutata velificatione assequi, stultũ est eum tene
re cū periculo cursum, quẽ cœperis, potius, quàm
eo cōmutato, quò velis, tandem peruenire: sic cum
omnibus nobis in administrāda republica propo
sitũ esse debeat, id quod à me sæpissime dictũ est,
cum dignitate otium, nō idem semper dicere, sed
idem semper spectare debemus.

46. C.

Noli te obliuisci, Ciceronem esse, & eum, qui alijs
consueueris præcipere, & dare consilium: neque
IMITARI malos medicos, qui in alienis morbis
profitentur se tenere medicinæ scientiam, ipsi se

curare nō possunt: sed potius, quæ alijs tute præcipere soles, ea tute tibi subijce, atque apud animum propone. **NVL LV S D O L O R E S T**, quem nō longinquitas temporis minuat, atque molliat.

50. a

T E M P O R I C E D E R E, id est, necessitati parâre, semper sapientis est habitum.

68. c

Habet præteriti doloris secura recordatio delectationem.

72. a

Est autem consolatio peruulgata quidem illa maxime, quam semper in ore, atque in animo habere debemus, **H O M I N E S** nos vt esse meminere mus, ea lege natos, vt omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra: neque esse recusandum, quominus ea, qua nati sumus cōditione viuamus: ne ue tam grauiter eos casus feramus, quos nullo cōsilio vitare possumus: euentisque aliorū memoria repetendis, nihil accidisse nobis noui cogitemus.

73. b

Illud adiunges, **H O M I N E S** sapientis turpitudine, non casu: & delicto suo, non aliorum iniuria commoueri.

I M P R I M E B A T R O B E R T V S S T E P H A N V S A N N . M . D . X X X . V I I I C A L . M A I I .

Ayuntamiento de Madrid





